

# PERIODICO ZOOLOGICO

ORGANO

59.06 (82) B

## De la Sociedad Zoologica Argentina

PUBLICADO POR LA MISMA

Sale por entregas irregulares

TOMO II

PROF. DR. D. WERTBERGER  
BIBLIOTECA

C O R D O B A

IMPRESA DEL « ECO DE CORDOBA »

29, Calle Representantes, 29.

1875

# SOBRE ALGUNOS ARACNIDOS

DE LA

## República Argentina

POR EL

Dr. D. T. THORELL

CATEDRÁTICO EN UPSALA.

---

### I. Scorpiones, Opiliones y Pseudoscorpiones

Habiendo, algun tiempo ha, recibido por la benevolencia del catedrático Dr. D. H. Weyenbergh una linda coleccion de aracnidos, juntada por él en los alrededores de Córdoba y de San Juan, me ha parecido de algun interés para los aracnologos, la composicion de un catálogo de las especies, agregando la describeion de aquellas que parecen nuevas para la ciencia, tanto mas cuanto hasta ahora muy poco sobre la fauna aracnológica de ese pais ha sido publicado.

Para el momento entretanto tengo que limitarme á los tres órdenes arriba mencionados, pero pronto espero poder dar la continuacion que vá á tratar del orden de las arañas en el sentido estricto.

Se puede comprender fácilmente que las especies mencionadas por mí, están formando no mas que una parte, probablemente bastante pequeña, de los

aracnidos argentinos, pero sin embargo los órdenes superiores de esta clase, que habitan esa parte del mundo, se ven bastantemente representados en la coleccion tan generosamente ofrecida por el Dr. Weyenbergh, para dar una idea general de esta parte de la fauna.

Apesar de que así solamente aun los primeros pasos han sido hechos, se puede esperar que los futuros naturalistas argentinos tomarán mas interés en estos animales, estendiendo gradualmente nuestro conocimiento de la fauna aracnológica de esa parte de América.

Con el objeto de facilitar la determinacion de las especies ya descritas por otros sábios, he comunicado las diagnoses de aquellas tambien en las líneas siguientes, esperando que serán suficientes para reconocerlas.

Cumplo con un deber muy agradable manifestando mis intínas gracias al catedrático Dr. Weyenbergh para la libertad con que me ha mandado los animales mencionados, como tambien le manifiesto mi admiracion por el celo con que, bajo condiciones y circunstancias difíciles, él ha trabajado y continúa trabajando para el desarrollo del estudio de la Zoología en la República Argentina. Tengo la esperanza y el deseo que, no obstante los muchísimos deberes á su cargo, continuará siempre, consagrando una parte de su tiempo al colegir y al estudio de los aracnidos, una de las clases mas interesantes y mas descuidados de todo el reino animal. \*

---

\* En cuanto á mi clasificacion y mi sistema de la clase ARACNOIDEA y de los órdenes *Scorpiones* y *Opiliones*, véase: "THORELL On the classification of scorpions." en: *Ann. and Mag. of Nat. Hist.*, 4.<sup>ª</sup> Ser. XVII (1876), p. 1, etc.—*Id Etudes scorpologiques* en: *Atti della Societa Italiana di Scienze Nat.* XIX (1877), p. 75, etc.—*Id Sopra alcuni Opilioni (Phalangidea) d'Europa e dell'Asia occidentale, etc.* en: *Annali del Mus. civ. di Storia Nat. di Genova.* VIII (1876), p. 452 etc.

**Classis ARACHNOIDEA**

**ORDO SCORPIONES**

**FAM. Androctonoideæ**

**Subfam. CENTRURINI.**

**Gen. ISOMETRUS (HEMPR. ET EHR).**

*I. fuscus*, THOR. obscure ferrugineo-fuscus, opacus, vesica ferrugineo-testacea, pedibus apice testaceis; cephalothorace et abdomine crasse granulosis, hujus segmentis anterioribus costis trinis parallelis granulosis instructis; cauda undique carinis fortibus denticulatis granulosisve prædita, vesica brevi, crassa, pœne lævi, sub aculeo brevissimo mutica; manibus crassis et latis, brachio pœne duplo latioribus, costis 9 granulosis munitis, digito mobili manu postica non dimidio longiore, ordinibus denticulorum secundum mediam aciem ejus 11 fere; dentibus pectinum circa 12.—Long. circiter 61 milim.

Syn: 1877. *Isometrus fuscus* THOR., Etudes Scorp., in Atti d. Soc. It. di Scienze Nat., XIX, p. 140.

Exemplum singulum ad Córdoba lectum examinavi.

**Fam. Telegonoideæ**

**GEN. BOTHRIURUS PET.**

*B. vittatus* GUÉR. niger, piceus, vel sub-testaceus et tum sæpe in segmentis abdominalibus fascia transversa nigricanti præditus, ad maximam partem lævis; cephalothorace segmenta caudæ 1<sup>m</sup> + 2<sup>m</sup> longidine pœne æquanti, cauda cephalothorace 4-1 $\frac{1}{3}$ —5: plo longiore, segmentis anterioribus supra absolute carinatis, carinis modo apice paullo granulo-

sis, segmento 5<sup>o</sup> non dimidio latiore quam altiore, subter ad apicem area magna impressa semi-elliptica granulosa et carinis denticulatis limitata, ut et vestigiis carinæ mediæ, munito, præterea carinis et granulis carenti; vesica in altero sexu supra fovea maxima rotundata vel sub-ovata prædita; dentibus pectinum saltem 15—21.—Long. circiter 50 millim.

Syn: 1830 *Buthus vittatus* GUÉR, in Voyage de la Coquille, II, II, 1, p. 50.

1843 *Scorpio (Buthus) Gervaisii* ID., Iconogr. du Règne Anim., Arachn., p. 10.

1843 *Brotheas Bonariensis* C. L. KOCH, Die Arachn., X, p. 12, Tab. CCCXXIX, fig. 762.

1843 « *erythrodactylus* ID., ibid., p. 16, Tab. CCCXXX, fig. 764.

1843 « *nigrocinctus* ID., ibid., p. 14, Tab. CCCXXIX, fig. 763.

1844 *Scorpio (Telegonus) vittatus* GERV., Rem. sur la Fam. d. Scorp., in Archives du Museun, IV, p. 227, Pl. XI, figg. 30, 31.

1844 « *vittatus* ID., in Walk. et Gerv., H. N. d. Ins. Apt., III, p. 58.

1861 *Bothriurus bonariensis* PETERS, Ueber eine neue Eiutheil. d. Scorpione, in Monatsber. d. K. Akad. d. Wissensch. in Berlin, 1861, p. 510.

1877 « *vittatus* THOR., Etudes Scorp., l. c., p. 168.

Exempla nonnulla ad Córdoba collecta possideo. In Uruguay, Brasilia et Chile quoque hæc species invenitur.

*B. d'Orbigny* GUÉR. testaceo-fuscus vel testaceus, nitidissimus, pæne lævis, cephalothorace segmenta 1<sup>m</sup> + 2<sup>m</sup> caudæ longitudine non æquant;

cauda cephalothorace circiter 4: plo et dimidio longiore, deplanata, segmentis 4 anterioribus supra carinatis, carinis denticulato-granulosis, subter lævissimis, segmento 5.° plus dimidio latiore quam altiore, in margine laterali superiore subtiliter granuloso, prope marginem inferiorem carina completa granulosa instructa, quæ a carina laterali inferiore antice abbreviata sub-incurva et denticulata modo sulco disjuncta est, carina media inferiore minus distincta, granulosa, area impressa apicali in lateribus carina inferiore laterali limitata, antice carina denticulata leviter recurva definit; dentibus pectinum 18—27.—Long. usque ad 86 millim.

Syn: 1843. *Scorpio* (*Buthus*) *d'Orbignyi* GUÉR.,  
Iconogr. du Règne Anim.,  
Arachn., p. 12.

1844. « (*Telegonus*) *Dorbignyi* GERV.,  
Rem. sur la fam. d. Scorpions, l. c., p. 229.

1844. « *Dorbignyi* ID., in Walck et  
GERV., H. N. d. Ins. Apt.,  
III, p. 58.

1877. *Bothriurus d'Orbignyi* THOR., Etudes  
Scorp., l. c., p. 170.

Multa hujus speciei exempla examinavi, ad Córdova et S. Juan collecta. Secundum cel. GUÉRIN in Bolivia quoque habitat.

#### GEN. TELEGONUS KOCH.

*T. Weyenberghii* THOR. testaceus, nigricanti-maculatus et striatus; cephalothorace segmentum caudæ 1<sup>m</sup> cum dimidio 2<sup>o</sup> longitudine pæne æquant, subtilissime granuloso, segmentis abdominalibus posterius crassius, antice subtiliter granulosis, segmentis ventralibus granulosis quoque; cauda cephalothorace fere 4 1/2 longiore, ad maximam partem et supra et subter granulosa, supra carinis caren-

ti, subter in segmento 5<sup>o</sup> carinis lateralibus denticulatis munita, hoc segmento supra maculis duabus secundum medium impressis anguste ovatis albicantibus notato; vesica sat parva, impressione media supra, aculeo longo; dentibus pectinum circa 27.—Long. saltem 31 millim.

Syn: 1877. *Telegonus Weyenberghii* THOR., Etudes Scorp., l. c., p. 173.

Specimen singulum tantum vidi, ad Córdoba captum.

*T. ferrugineus* THOR. rufescenti-fuscus, cephalothorace segmentum caudæ 1<sup>m</sup> cum 3[4 2<sup>i</sup> longitudine æquanti, lævissimo; modo in lateribus postice subtilissime granuloso; abdomine supra subtilissime granuloso, ventre lævissimo; cauda cephalothorace circiter 4 1[2 longiore, supra et subter lævissima, segmentis modo 1<sup>o</sup> et 2<sup>o</sup> supra paullo granulosis, carinis dorsualibus serie granulorum parvorum expressis, et segmento 5<sup>o</sup> subter carinis lateralibus granulosis instructo et apice granuloso vesica sat parva, subter versus basin subtiliter granulosa; dentibus pectinum circa 25.—Long. circiter 37 millim.

Syn: 1877. *T. ferrugineus* THOR., Etudes Scorp., l. c.

Hujus quoque speciei exemplum singulum ad Córdoba inventum vidi.

#### GEN. CERCOPHONIUS PET.

*C. brachycentrus* THOR. luteo-flavus, nigro variatus, abdomine supra ordinibus quatuor macularum nigrarum ornato, cephalothorace et abdomine parum granulosis; cauda cephalothorace circiter 5: plo longiore, carinis superioribus in segmentis 4 anterioribus distinctis, in 1<sup>o</sup> et 2<sup>o</sup> granulosis quoque, segmentis 1<sup>o</sup> et 2<sup>o</sup> subter crasse granulosis, seg-

mento 5<sup>o</sup> plus duplo longiore quam latiore, modo subter carinato, carinis granulosis; vesica longa, lævi. supra fovea magna oblonga notata, aculeo brevissimo; manibus latis et crassis. subter ad apicem crista denticulata munitis, digito mobili manu postica brevior; dentibus pectinum circa 18.— Long. circa 28 millim.

Syn: 1877: *Cercophonius brachycentrus* THOR. Etudes Scorp., 1. c., p. 180.

Exemplum singulum adultum duoque juniora, ad Córdoba et S. Juan, inventa, examinavi.

## ORDO OPILIONES

### Sectio **LANIATORES**

#### Fam. **GONYLEPTOIDÆ**

#### GEN. **PACHYLUS** KOCH.

*P. Butleri* n. obscure ferrugineo-fuscus, mandibulis et palpis sordide testaceis, pedibus anterioribus 6 obscure olivaceo-testaceis, 4<sup>i</sup> paris pedibus olivaceo-fuscis, metatarsis tarsisque sordide testaceis; scuto dorsuali in lateribus amplissime et fortissime dilatato, parte postica angustata brevissima, posteriora versus angustata, antice sparsim granuloso, postice ordinibus transversis granulorum obtusorum et, inter eas, tuberculis tribus magnis ovatis nitidis in triangulum dispositis munito; segmentis dorsualibus liberis ut ventralibus serie granulorum majorum obtusorum praeditis; tarsi 1<sup>i</sup> paris ex 5, 2<sup>i</sup> ex 7, 3<sup>ii</sup> et 4<sup>i</sup> ex 6 articulis constantibus.—Long. circa 9 1/2 millim.

*Truncus* antice angustus, max pone coxas 3<sup>ii</sup> paris dilatatus et paene usque ad apicem scuti dorsualis fortissime et amplissime rotundato-dilatatus, hic transversim ellipticus fere, abdomine parum po.



ne coxas 4<sup>i</sup> paris prominenti; parum convexus, a latere visus mox pone coxas 3<sup>ii</sup> paris sat leviter impressus, ante hanc impressionem dorso paene recto paullo adscendens, ante medium in tuberculum oculorum sub-triangulum et in spinam productum elevatus, margine antico paullulo incrassato, pone impressionem dorso fere recto paene ad basin coxarum paullo adscendens, tum postice, late rotundato-truncatus. *Cephalothoracis*, segm. 1<sup>m</sup>. dimidio latius quam longius, antice truncatum, angulis lateralibus oblique truncatis, lateribus tum parallelis postice sulco fortiter procurvo limitatum; ad marginem anticum sulco transverso præditum est, limbo ante hunc sulcum serie tuberculorum obtusorum altiorum, in medio duplici, munitum; versus margines laterales sulcos binos sub-incurvos ostendit in limbo scuti productis, et utrinque ad tuberculum oculorum sulcum transversum; granulis sat magnis obtusis humilibus parce est sparsum, præterea reticulato-rugosum; utrinque in ipso margine supra coxas 2<sup>i</sup> paris, in tuberculo, foramen supracoxale distinctissimum retro directum conspicitur. *Tuberculum oculorum* transversum, 14—15 latitudinis segmenti occupans, sat humile, sed in spinam fortem, erectam, paullo modo anteriora versus directam, brevem (patellis 1<sup>i</sup> paris longitudine pæne æquantem) productum. Segm. cephalothoracis 2<sup>m</sup> sulcum tenuem longitudinalem medium ostendit; segm 3<sup>m</sup> antice sulco tenui leviter bis procurvo limitatum est, postice sulco tenui fortiter recurvo; segm. *abdominalia* dorsualia 1<sup>m</sup>—3<sup>m</sup>, cum illis duobus in *scutum dorsuale* maximum, segmento cephalothoracis 1<sup>o</sup> duplo latius, dimidio latius quam longius coalita, sulcis quoque evidentibus limitata sunt, omnia segmenta scuti sensim breviora. Secundum margines laterales scuti sulci bini procurrunt, series tres densas tuberculorum vel granulorum majorum in

limbo ejus formantes, series media ex granulis fortioribus formata et in limbo segm. cephalothoracis 1<sup>i</sup> continuata, exterior minus evidenter granulosa, potius rugosa dicenda. Granulis humilibus obtusis praeditum est scutum, quae in segmentis anterioribus duobus et antice in 3<sup>o</sup> minora sunt et sine ordine sparsa, postice in hoc segmento vero, ut in segmentis scuti sequentibus, seriem transversam formant: versus medium segmentum illud (abdominale 1<sup>m</sup>) granula duo majora ostendit (et duo parva inter ea), segmentum insequens loco eorum duo tubercula magna ovata nitida; ultimum scuti segmentum denique singulum ejus modi tuberculum habet. Segmenta sequentia libera singulam seriem transversam granulorum ostendunt, ultimum tamen, haud dubie e tribus coalitum, tres series ejusmodi. Segm. *ventrale* 1<sup>m</sup> (ut coxae subter) paene laeve est, paullo modo rugosum et impresso-punctatum, in ipso margine postico serie transversa inaequali granulorum praeditum, longissimum (5 millim.), antice valde angustum, lateribus parallelis, postice fortiter dilatatum; apex ejus anticus operculum parvum format, postice inter spiracula impressionem transversam habet—haud dubie e tribus segmentis coalitum. Segm. 4 sequentia singulam seriem transversam granulorum majorum ostendunt, ultimum (e duobus, sulco profundo disjunctis, coalitum) duas. *Mandibulae* sat parvae, breves; art. 1<sup>s</sup> basi ipsa angustus, tum dilatatus et supra inflatus, hac parte dilatata vix vel non longiore quam latiore; art. 2<sup>s</sup>, basi sua priori junctus, eo paene duplo longior est, ipsa manu duplo longiore quam latiore, in dorso modice et aequaliter convexa, paullo rugosa, nitida, versus apicem pilosa; digiti sat breves (mobilis longior quam immobilis, apice elongato), acie dentibus paucioribus majoribus armata. *Lamina supramaxillaris* anterior parva, rotundata, le-

viter convexa. *Palpi* breves, crassitie pedum 3<sup>ii</sup> paris; pars trochanteralis, ut pars femoralis, ad basin subter tuberculum unum vel alterum ostendit: praeterea laevis est, incurva, apicem versus sensim paululo incrassata, partem tibialem cum dimidia parte patellari longitudine aequans; pars patellaris, crassitie fere prioris, apicem versus sensim paululo incrassata est, duplo longior quam latior, inermis; pars tibialis, priore evidenter latior et longior et saltem dimidio crassior, latitudine fere est aequali, subter utrinque in marginibus spinis 4 vel 5 valde inaequalibus, et procursibus plus minus brevibus impositis armata; pars tarsalis, latitudine partis patellaris et hac parte parum longior, anguste ovata est, duplo et dimidio longior quam latior, subter utrinque in margine serie spinarum sensim minorum armata, circiter 5 in margine interiore, 3 vel 4 in exteriori: praeterea pilos paucos supra et setas subter ostendit. Unguis sat gracilis, curvatus, longitudine partis tarsalis. *Pedes* 4 anteriores graciles, femoribus, tibiis et patellis tuberculis parvis humilibus subscabris, 3<sup>ii</sup> paris pedes fortiores, tuberculis fortioribus sed non magnis scabri quoque, etiam in metatarsis; 4<sup>i</sup> paris pedes fortissimi. Coxae 1<sup>i</sup> paris subter seriem granulorum ostendunt, 2<sup>i</sup> et 3<sup>ii</sup> paris coxae apice sub-granulosae sunt et in margine posteriore seriem granulorum vel dentium adnatorum habent; trochanteres quoque sub-granulosi et denticulati. Coxae 4<sup>i</sup> paris maximae, valde dilatatae, in apice lateris exterioris, supra, procursu forti, apice leviter bifido, foras et paululo retro directo armatae, in latere exteriori granulibus paucis sparsae; trochanteres ejusdem paris in latere exteriori superiore procursu multo minore, apice truncato muniti sunt, femora fortiter incurva, tuberculis fortibus obtusis inaequalibus, plerisque in series densas ordinatis praedita, in

medio supra spina forti obtusa aliaque paullo pene eam in latere interiore munita. in et ad apicem quoque spinis crassis inaequalibus obtusis armata; patellae et tibiae hujus paris, quae femoribus parum angustiores sunt, dense et crasse tuberculatae, et, subter, obtuse spinosae quoque, tuberculis et spinis subter in tibiis in series duas digestis, versus apicem internodii longioribus, spina quoque ad basin intus majore; metatarsi 4<sup>i</sup> paris interno diis praecedentibus multo graciliores sunt, granulis humilibus modo inaequales. Tarsi omnes (et metatarsi plus minus) pubescentes; 1<sup>i</sup> paris tarsi 5, 2<sup>i</sup> 7, 3<sup>ii</sup> et 4<sup>i</sup> paris 6 internodia habent.

*Color.* Truncus totus obscure ferrugineo-fuscus, subter paullo clarior, mandibulis, palpis et pedibus 6 anterioribus sordide testaceis, his praesertim colorem olivaceum sentientibus, pedibus 4<sup>i</sup> paris obscure ferrugineo-fuscis, patellis et tibiis sub-olivaceis, metatarsis tarsisque sordide testaceis.

*Mensurae.* Lg. trunci 9 1½, lat. ej. max. 9 1½, lat. front. 3 millim.; lat. inter coxas 3<sup>ii</sup> paris 4 1½ millim. Lg. art. 1<sup>i</sup> mandib. 1 1¼, 2<sup>i</sup> 2 1⅓ millim.; palpi 6 1½, pedes I (1<sup>i</sup> paris) 15, II 21, III 20, IV 23 millim. longi.

Exemplum singulum (haud dubie masculum.) supra descriptum ad San Juan inventum est.

*P. granulatus* KOCH nigro-fuscus, mandibulis et palpis sordide testaceis, 4<sup>i</sup> paris obscure fuscis, metatarsis tarsisque obscure olivaceo-fuscis; scuto dorsuali in lateribus antice fortiter et ample rotundato-dilatato, postice angustato, lateribus hic parallelis, granulis antice parvis, postice majoribus et in series transversas ordinatis praedito, segmentis sequentibus liberis serie granulorum magnorum acuminatorum munitis.—Long. circiter 11 millim.

- Syn: 1839. *Pachylus granulatus* C. L. KOCH, Uebers. d. Arachn. Syst., 2. p. 13.  
1843. " " KOLLAR et C. L. KOCH, in Die Arachn., VI, p. 20, Tab. CCXXI, fig. 548.  
1843. *Gonyleptes curvipes* GUÉR., Iconogr. du Règne Anim. Arachn., p. 12, Pl. 4, figg. 5—5c.

Exemplum singulum adultum, verisimiliter femineum, ad Córdoba inventum vidi. Secundum C. L. KOCH haec species verisimiliter in Chili invenitur quoque; cel. GUÉRIN. dicit se magnam vim exemplorum *Gon. curvipedis* sui ex Chili et Perú obtinuisse.

Speciei priori haec simillima est, sed facillime defectu tuberculorum triorum ovaturum postice in scuto dorsuali, ut et granulis majoribus acuminatis in segmentis dorsi liberis, dignoscenda. Scutum dorsuale postice angustatum est, hac parte angustata reliquo scuto 4—5: plo brevior, et abdomen igitur longius pone coxas 4<sup>i</sup> paris prominet quam in *P. Butleri*. Coxae 4<sup>i</sup> paris in *P. granulato* apice modo dentem fortem ostendunt, et femora hujus paris spinis illis duabus fortibus versus medium sitis, altera supra, altera in latere interiore, carent, quarum in specie priore meminimus.

Specimen minus (7 millim. longum) nigricanti et cinerascenti-variaturum possideo, tenerum valde et ad partem corrugatum, id quoque ad Córdoba inventum, quod exemplum junius hujus speciei duco; differt praesertim internodiis tarsorum paucioribus: 2 in pedibus 1<sup>i</sup> paris, 3 in 2<sup>i</sup>, 6 in 3<sup>ii</sup>, 4 in 4<sup>i</sup>. In adultis tarsi 1<sup>i</sup> paris 5, 2<sup>i</sup> 7, 3<sup>ii</sup> et 4<sup>i</sup> parium 6 internodia habent, ut in specie priore.

GEN. OSTRACIDIUM PERTY.

*O. Pertyi* n. laete ferrugineum, palpis pedibusque paullo clarioribus, tarsis flavo-testaceis; trunco supra granulis magnis obtusis sparso, in segmentis posticis in seriem singulam transversam ordinatis, tuberculo oculorum bidentato, tarsis 1<sup>i</sup> et 3<sup>ii</sup> paris ex 5; 2<sup>i</sup> ex 7 vel 8, 4<sup>i</sup> ex 6 internodiis constantibus. Long. circa 5 1½ millim.

Ad formam cum *O. decorato* KOLLAR (C. L. KOCH)\* satis convenire videtur haec species, colore et multis aliis notis vero distincta.—*Truncus* feminae opacus, subtilissime coriaceus, longior, antice truncatus, postice rotundatus, inter coxas 2<sup>i</sup> et 4<sup>i</sup> paris repente dilatatus et in lateribus rotundatus, parte posteriore angustiore non parum pone coxas prominenti, semicirculata fere; a latere visus pone coxas 3<sup>ii</sup> paris transversim sat fortiter impressus, ante hanc impressionem primum paullo convexo-adscendens, tum in tubercula duo fortia, oculorum et margines antici, elevatus, pone impressionem supra parum convexum vel arcuatum, postice fortiter rotundato-arcuatum, subter leviter convexum. *Cephalothoracis* segm. 1<sup>m</sup> dimidio pæne latius quam longius, antice in medio truncatum, angulis (supra palpos) oblique truncatis, lateribus primum oblique truncatis quoque, tum sub-parallelis vel potius posteriora versus paullo appropinquantibus, postice sulco profundo fortissimo procurvo sub-angulato limitatum, paullo ante medium in tuberculum oculorum elevatum parum altum, transversum, 1½ latitudinis segmenti latitudine occupans fere, inter oculos parvos dentibus duobus conicis erectis armatum; ad ipsum marginem anticum, mox ante tuberculum oculorum, in tuberculum aliud elevatum

---

\* Die Araehn., VII, p. 14, Tab. CCXIX, fig. 543.

est segm. 1<sup>m</sup>, hoc tuberculo sub-transverso, paullo altiore et longiore sed non latiore (transversim) quam est tuberculum oculorum, supra rotundato-convexum. Pone tuberculum oculorum granulis majoribus rotundatis sparsum est segm. 1<sup>m</sup>; foramen supracoale distinctum in tuberculo supra coxas 2<sup>i</sup> paris habet; utrinque intra marginem sulcum incurvum ostendit, qui etiam secundum margines laterales partis dilatatae trunci continuatur, hic limbum definiens sat fortem, serie foveolarum notatum et in ipso margine serie densa granulorum majorum obtusorum munitum, quae series etiam in marginibus liberis segm. cephalothoracis 1<sup>i</sup> undique continuatur, granulis tamen ibi minoribus. Segmenta cephalothoracis 2<sup>m</sup> (sulco medio longitudinali tenui notatum) et 3<sup>m</sup> cum segmentis abdominis 1<sup>o</sup>—3<sup>o</sup> in *scutum dorsuale* coalita sunt, quod antice (segm. tria anteriora) in lateribus fortiter rotundatum est, tum repente angustatum. Segmenta scuti sulcis profundis rectis limitantur, excepto segm. cephalothoracis 3<sup>o</sup> quod postice sulco recurvo definitur: granulis majoribus obtusis sparsa sunt, in segmento scuti ultimo singulam seriem formantibus, in anterioribus segmentis minus aequaliter sparsis. Segm. dorsualia abdominalia 4—7<sup>m</sup> libera, 6<sup>o</sup> et 7<sup>o</sup> magis deorsum directis, 4<sup>o</sup>—6<sup>o</sup> ordine granulorum majorum singula, 7<sup>o</sup> vero tribus ordinibus notato (hoc segmento haud dubie e tribus segmentis confuso): granula nitida, obtusa. *Venter* ex 6 segmentis liberis constat; primum eorum ex tribus coalitum est, reliquis conjunctim longius, antice angustum, apice antico operculum formans, postice utrinque repente et fortiter dilatatum, a coxis 3<sup>ii</sup> paris usque pone coxas 4<sup>i</sup> paris pertinens; segmenta sequentia suam quodque seriem granulorum parvorum ostendit, ultimum vero, quod iis duplo longius est et ex duobus, sulco disjunctis, coalitum, duas ejusmodi series habet. *Mandibulae* nitidae; art. earum

1<sup>s</sup> apicem versus sensim paullo dilatatus, ipsa basi angustus et sub-cylindratus, tum supra valde incrassato-inflatus; hac parte incrassata paullulo longiore quam latiore; art. 2<sup>s</sup> ipsa basi sua art. priori junctus, manu duplo longiore quam latiore, basi antice fortiter convexa, in dorso versus digitos parum arcuata, duplo longiore quam latiore, pilis rigidis sparsa; *digiti* longi et fortes obliqui, acie dentibus obtusis armata. *Lamina supramaxillaris posterior* magna, sub-rectangula, paullo latior quam longior, *anterior* parva, ovata, leviter convexa. *Palpi* mediocres, pedibus anticis (vix vero posticis) crassiores, supra nitidi, parte tibiali reliquis partibus, quae eadem fere sunt crassitie, evidenter crassiores; pars trochanteralis tuberculis inaequalis, quorum unum, subter, reliquis majus est; pars femoralis quoque, quae partibus duabus insequentibus conjunctis paullo brevior est et sub-cylindrata, supra et subter serie tuberculorum parvorum piliferorum est munita: tuberculo majore setifero in ipsa basi subter, et alio procurso brevi, forti, apice aculeum fortem gerenti in latere interiore, inter medium et apicem, armata est. *Paris patellaris* apicem versus sensim paullo dilatata, duplo longior quam latior, inermis, paene laevis, pars tibialis priore evidenter (sed non dimidio) longior et latior, a basi apicem versus sensim paullo angustata, paene duplo et dimidio longior quam latior utrinque in marginibus lateris inferioris plani serie procursorum 4 breviorum fortium apice aculeo armatorum instructa, procurso apicali minori, pars tarsalis anguste ovata, paullo plus duplo longior quam latior, longitudine partis patellaris: subter eodem modo ac pars tibialis procursoribus aculeiferis utrinque tribus, apicali minori, armata est. *Unguis* ipsa parte tarsali paullo longior, sat fortis et curvatus. *Pedes* graciles, praesertim 4 anteriores, quorum metatarsi gracillimi sunt, tarsi rursus paul-



lo crassiores; coxae supra ad basin spina erecta armatae. Coxae, trochanteres, femora et in pedibus 4 posterioribus patellae quoque et tibiae tuberculis parvis scabra sunt, his tuberculis in pedibus 4<sup>i</sup> paris fortioribus, femora 4<sup>i</sup> paris summo apice, superius, spinis trinis brevibus armata; coxae ejusdem paris, quae maximae sunt et dilatatae, longiores quam latiores, magis retro quam intus directae, in apice lateris exterioris, supra, spinam ejusmodi paullo fortiorem ostendunt. Tarsi cum apice metatarsorum pilosi; 1<sup>i</sup> paris tarsi 5, 2<sup>i</sup> 7 vel 8, 3<sup>ii</sup> 5, 4<sup>i</sup> 6 internodia habent.

*Color.* Truncus cum mandibulis totus lacte ferrugineus vel rubro-testaceus, palpi et pedes ferrugineo-testacei, tarsis flavis.

*Mensurae.* Lg. trunci 5 1½; lat. ej. max. 4, lat. inter cox. 2<sup>i</sup> paris 2 1½, lat. max. pone coxas 4<sup>i</sup> paris 3 millim.; lg. art. 2<sup>i</sup> mandib. 1 2½, palp. 4 ¾ millim. Ped. I. 8 1½, II 14 ¾, III 11, IV 14 ¾ millim. longi.

Exempla tria ad Córdoba lecta vidi. In uno eorum (mare?) cephalothoracis segm. 1<sup>m</sup> postice impressionem longitudinalem sive sulcum levem ostendit, quo caret reliqua duo exempla (feminea).

Quamquam a diagnosi *Ostracitii* a cel. KOCH data paullo aberrat haec species, haud dubie ad id genus referenda est.

## ORDO PSEUDOSCORPIONES

### FAM. *Chernetoidæ*

#### Gen. CHELIFER GEOFFR.

*Ch. argentinus* n. fere laevis, non granulosis, pilis simplicibus sparsus, pilis clavatis carens; cephalothorace sub-fusco, palpis rufo-piceis, humero mox ad basin subito incrassato, brachiis ovato; manu

longiore quam latiore, brachiis non dimidio latiore, digitis crassis, obtusis, ipsa manu paullo brevioribus; abdomine supra olivaceo-fusco, subter cum mandibulis et pedibus testaceo—Long. 3—4 millim.

*Mas* (haud dubie).—*Cephalothorax* quarta parte longior quam latior, postice semi-ellipticus fere, anteriora versus, lateribus usque ad coxas 1<sup>i</sup> paris rotundatis, fortius et sensim angustatus, tum posteriora versus lateribus fere rectis parum dilatatus, margine antico in medio, supra mandibulas, truncato; nitidus et laevis, modo antice sub-rugosus, pilis sub-erectis sparsus, sulcis duobus transversis evidentibus tripartitus, utrinque ante sulcum anteriorem (qui per medium cephalothoracis ductus est, bis sub-procurvus et in apicibus profundior) satis convexus, sulco altero magis versus marginem posticum sito; foveis tribus levissimis notatus, una ad et mox ante sulcum anteriorem locata, duabus reliquis parum distinctis ad sulcum posteriorem. *Abdomen* posteriora versus parum vel non dilatatum, postice leviter rotundatum vel sub-truncatum, supra fere planum, segmentis dorsualibus 11 quorum 4<sup>m</sup>—9<sup>m</sup> interdum sulco longitudinali quasi bipartita videntur; laeve et nitidum supra est, pilis sparsum, quorum nonnulli, praesertim versus marginem et postice, longi sunt; segmenta ventralia integra mihi videntur, vix dimidiata, pilosa. *Oculi* duo oblongi, parum a margine cephalothoracis remoti, visu sat difficiles. *Mandibularum* digitus inferior apice in stilum gracilem porrectum pilosum productus. *Maxillae* parum convexae, linea impressa secundum marginem interiorem; praeterea laeves, pilis brevibus sparsae. *Palpi* sat longi et robusti, nitidi, laeves, pilis undique sparsi; *scapula* (pars trochanteralis) supra in tuberculum fortissimum obtusum elevata est; *humerus* ipsa basi angustus, tum ad basin postice subito incrassatus et apicem versus

pauillulo modo augustatus, postice (præsertim fortiter ad basin) arcuatus, antice pæne rectus, circiter duplo et dimidio longior quam lator; *brachium* humero paullo brevius sed vix angustius, ovatus fere, antice fortius arcuatus quam postice; *manus* cum digitis humero et brachio conjunctis paullo brevior; ipsa manus brachio tertia vel quarta parte lator est, dimidio fere longior quam lator, extus parum, intus paullo arcuata, postice late subtruncata, anteriora versus paullo angustata. *Digiti* crassi, obtusi, acie omnium subtilissime et densissime crenulata; quum manus clausa est, spatium angustum apertum inter se relinquunt; digitus mobilis ipsam manum longitudine vix vel non æquat. *Pedes* ut palpi et reliquum corpus pilis simplicibus sparci sunt; setæ vel pili clavati nusquam conspiciuntur.

*Color.* Cephalothorax ferrugineo-vel olivaceo-fuscus; postice interdum pallidior, macula magna cinereo-albicanti utrinque antice, in qua oculus, is quoque cinereo-albicans, positus est. *Maxillæ* et *palpi* pulchre rufo-fusci, illæ tamen non numquam pallidiores. *Abdomen* supra obscure sub-olivaceofuscum, plerumque linea longitudinali media pallida notatum. *Venter* sub-testaceus, linea media pallidiore plus minus distincta. *Mandibulæ* et *pedes* pallide testacei.

*Mensuræ* Long. trunci 3, lg. cephaloth. 1 1/4, lat. ej. postica 1 millim; palpi 4 2/3 millim. longi.

Exempla supra descripta mascula credo. Exemplum unum (4 millim. longum, haud dubie femina gravida) abdomen longius et postice sensim paullo dilatatum habet, et digitos palporum, ut mihi quidem videtur, magis evidenter breviores quam manum; segmenta ventralia utrinque macula parva fusca notata sunt. Præterea ut in mare est dictum.

Exempla pauca quæ hujus vidi speciei ad Córdova collecta sunt.